

Magdeburgensi archiepiscopo et de Burgelin et de Cella sancte Marie abbatibus. Ex conquestione nobilis mulieris A[dele] nobis innotuit, quod, cum dilectus filius dux Boemie illam duxisset legitime in uxorem et ipsam viginti annis et amplius velut uxorem legitimam pertractasset, filiis et filiabus ex ea susceptis eandem suadente humani generis inimico a suo consortio separavit et Pragensis episcopus convocato quorundam prelatorum consilio 5 in quodam monasterio ad petitionem et mandatum ipsius ducis ipsa volente ad eos accedere, ut suas coram eis proponeret rationes, militibus eiusdem ducis prohibentibus ei bis vel ter ingressum ex parte illius appellatione ad sedem apostolicam interposita sententiam inter eos divortii non est veritus promulgare ac demum ipse dux quandam aliam, videlicet sororem karissimi in Christo filii nostri illustris regis Vngarie, superduxit. 10 Quoniam igitur hec salva conscientia preterire non possumus indiscussa, cum secundum apostolum simus omnibus debitores, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus vocatis ad presentiam vestram, quos propter hoc noveritis esse vocandos, inquiratis diligentius veritatem et, quicquid inveneritis, nobis per litteras vestras intimare minime differatis, ut ex vestra relatione sufficienter instructi liberius in 15 ipso negotio, prout ad nostrum officium pertinet, procedere valeamus. Nullis litteris etc.

41.

[Um 1200.]

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 123e. Die 3 Siegel sind verloren.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II, 1,65.

20

Der Dekan zu U.L.Fr. Later und der Propst zu St. Sever Gerwik in Erfurt belegen, vom apostolischen Stuhl mit Schlichtung eines Streites des Bischofs mit dem Markgrafen Konrad über den Zehnten in der Niederlausitz beauftragt, letzteren wegen seines Nichterscheins auf geschene Vorladung mit dem Bann.

42.

25

König Philipp verleiht der Kirche zu Bremen die Burg und Grafschaft Stadde. — Zeugen: Landgraf Hermann und Markgraf Dietrich.
Bei Hildesheim, 1200 Jan. 19.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Hannover. Das an grüner und rother Seide hängende S. ist verloren. Von dieser Urkunde giebt es auch eine gefälschte Ausfertigung bei Pratze, Bremen und Verden 6,89. Böhmer-Ficker 33.

Gedr.: Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburg. Reg. u. Urk. 112 No. 216.

30

Anm.: Mit richtiger Ind. 3 und reg. 2, aber mit der Jahreszahl 1199, welche in der Kanzlei Philipps bis nach der Mitte des März noch öfters unrichtig statt 1200 gesetzt wird.

— — Ad cuius rei inditium et perpetuum robur presens exinde privilegium conscriptum sigilli nostri impressione iussimus communiri. Testes huius rei sunt: Gardolfus Halvirstadensis episcopus. Gerhardus Osnaburgensis episcopus. Bernhardus dux Saxonie. 35 Hermannus Iantgravius Thuringie. Didericus marchio Missenensis. Comes Hermannus